Quelle: https://manuscripta.at/?ID=639
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

loci. numquid habitatis soli vos in
medio terre. Simachus et theodo
cio ubi heremus usque ad intima
loca transtulerunt donec deficiat
vel non sit locus ut deficiente
terra nequaquam saturetur avari
cia. Unde Seneca in sedis epistolis. quod
possunt multa cubicula in uno
iacens. non est verum ubique non
estis. hii igitur erant in solitudine
in inaquoso. viam civitatis ha
bitaculi non invenerunt. in so
litudine. quia socium noluerunt habere
in possidendo. et in inaquoso. quia
pietatem non habentes constituti sunt
in arido. non viam inveniunt
appetitu habent. ¶ Solus etiam est
qui non aperit familiari consilium
tales frequenter falluntur. quia cre
dunt quod apud eos solos sapientia
oriatur. et in eis morientibus mo
riatur. Job. ii. vos estis soli ho
mines et vobiscum morietur sa
pientia. qui u. n. alios sibi inferiores
sensu iudicat dum mens eius
per superbiam in altum erigitur in
despectu aliorum et sui admiratione
sublevatur. propter hoc enim argue
batur. Domine inquit prophetas tuos
et relictus sum ego solus. Sed
dicit ei divinum responsum. quia
relicti sunt multi qui non
curvaverunt genua sua ante
te baal. De hoc Bernardus in epistola
ad fratres de monte dei contra
presumptuosos tam de sui sapientia quam
de vita. Qui perfecte inquit examina
to semetipsum intelligit suo peccato
nullius peccatum par esse estimat quod
non sicut suum intelligit. nolo igitur
ut nusquam arbitreris lucem so
lem communem diei nisi in cella tua
nusquam esse securum nisi penes te.
nusquam operari gratiam nisi in con
scientia tua. an solitariorum deus tantum
immo et omnium malo te ignorare
ubique securum esse. et peius de te
quam de alio estimare. ¶ Solus
etiam est qui fracto corpore corde
vagatur per mundum. Job. iii. sit nox
illa solitaria nec laude digna
in nocte clauduntur hostia. hii sunt
qui clausis sensibus cordis sunt
in evagatione mentis. ideo non est
nox illa laudabilis. Seneca in epistolis.
Crates cum vidisset adolescen
tulum secreto ambulantem inter
rogavit quid illic solus faceret
mecum inquit loquor. cui crates.
cave ne cum homine malo
loquaris. et lugentem et timentem cu
stodire solemus ne solitudine
male utatur. tunc mala consili
a cogitantur. tunc aut sibi aut
aliis futura pericula struunt.
tunc quecumque ante vel timore vel
pudore celabant exprimunt. tunc
audaciam acuunt. cor. n. tot et
tantis viciis occupatum ma
le est solum. vincit ergo imple